



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Elisabetha Vidva. 19. Novembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

634 *Vita Sanctorum.* 19. NOV.
etiam, quò nempe mundum iis, quibus
ille, oculis aspicemus. Ex Suria.

S. ELISABETHA VIDVA.
19. Novembris.

Age superbe, qui deficiente animo
ELISABETHAM ad Servatoris
Christi effigiem vides, audi etiam
quæ dolor intus loquitur. Nimirum me
terrae pulvisculum purpura in volvit, tu mihi
Christe, heu! nudus meam erubesci vi-
cem. Mihi corona auri & gemmis, tibi spi-
nis & sentibus riget. Ego pulvinaria cal-
co, tu locum capiti circumspicis, nec, heu!
invenis. Me aula servitia vallant, te soli
hostes stupant. I, purpura; rectius sanguine
me Sponsa pinget. Ite gemme; nobiliora
sub cruce legam. Abi gravis auro corona;
rosas è spinis neclam. Tollite pulvillioli;
Crux, Sponsa erit lectulus. Seceditio am-
corum cohors; dolores me rectius ambient.
Hac inquam tantum apud ELISABE-
THAM posuere, ut iam se ipsa super-
bior omnem pedibus mundum subde-
cundaret. Ergo igitur extracto quam
amplissimo Xenodochio, ingentis fa-
miliae mater nos gentis quotidie vi-
cium ipsa ministerare, aquam capiti pe-
dibusque affuadere, sordes abstergere,
ipsa adeo fædissima ulcera nobilissi-
mis oculis honorare. quid? quod con-
juge è vivis crepto, arce pulsata omnis

20. N
inji
cor
chu
apu
exc
ner
ard
tar
ali
nu
igi
Me
S
I
tur
qu
vi
co
im
pu
Et
atc
mi
ur
la
ip
in
eo
ni
fe
pe

20 NOV. *Vita Sanctorum.* 635
injurias ipsamque famem forti animo
concoxit, damnatisque regiis fusis pul-
chiora sibi ipsa ē cælo novit: Interea
apud Deum omnia potuit, & matrem
exemit ē piacularibus flammis, juve-
nem vero nuper ab impuris ignibus
ardentem sanctioribus cæli amoribus
tantum non emori fecit. Morienti ut
alias sèpè Christus adstitit, & acci-
nuere cælites aviculam induit. Bonis
igitur avibus ē vitâ abiit. *Ex Iacobo*
Montano.

S. D A S I V S M., 20. Novembris.

ID quod palam hodie, & sine larvâ
Idæmon facit, hoc jam olim fecit Sa-
turnum mentitus. Voraverat hic plus
quam inhumanâ ingluvie filios suos &
viscera sua in viscera crudeli dente
congelescerat. Scilicet divinitatem hæc
impietas meruit, cui deinceps orbis
puerorum sanguine ac morte litarci.
Et tenuit hic mos non unam ætatem
atque Christiana sæcula etiam infâ-
miâ suâ aspersit. Ita Dorostorum
urbs scelere, quod nec, qui alluit il-
lam, Ister satis eluet, annis singulis
ipsum juventæ florem principemque
infando sacrificio immolabat. Ut vero
eo pulchrius hoc adornaret, XXX. om-
nino dies omnibus delitiis victimâ in-
felicem saginavit, utque splendidius
periret, purpurâ auroq; induit, sic inter
S f 2 rufus